

Pia. 86.

Elai. 22.

Ioan. 11.

Tren. 3.

Cant. 5.

Cant. 5.

Apoc. 3.

iam non est proprius fructus, fructus integritatis, fructus uirginitatis. Tales consecrati sunt, sed iam ablati sunt. Non bene conueniunt consecratio & corruptio. Laxa uirginitas condonari solet, sed redonari non ualet. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei, sed ignominiosa facta sunt in te. Cuius confusione duplici & rubore decerere in planctu agnosce partem tuam. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo lapsum non ulem de plebe, sed quasi primam in uirginali grege. Quis in qua dabit mihi fontem lachrymarum? Nam ipsa que lapsa est lachrymis tota percessit, per ora irrigua lachrymarum riuus defluunt. Alta suspiria & anxii gemitus produnt quod cogitua semper culpa confuso supprimit. Vidi miserandam in misera facie, defectu uultum, fractas genas: singultu sermone intercedebat, a lapsu continere uoluit, a lachrymis continere non ualet. Age quod agis, fructus dignos poenitentia. Imonet te dolor, merore consumere, cum propheta dicat: Nolite incumbere ut cōsolemini me, amare flebo. Flebo & ego tecum. Fortē dilectus tuus, & ipse collachrymabitur tibi, qui Lazarum fleuit. Fortē plus ille flet. Plus dolet, qui plus diligit. Miserationes eius multe sunt, ideo inquit propheta non sumus consumpti. Denique nec tu consumeris, quia consolatoris est tibi & consolator, cōuertens animam tuam. Quomodo (ut dicam quod intellegi uix potest) non permouebit (imparsibiliter tamen) eius affectus, iustus tui miserabilis facies, dum ipse qui retracto meroris tui seriem, dolore cordis tangor intrinsecus: D Si feceris dignos poenitentia fructus, reuertetur iterum dilectus tuus in ortum suum. Nam poenitentia poma libenter comedit. Beatius tamen, si primæ puritatis fructus in tactos quis seruet. Bonum est in maturitate præuenire, & perseverare in ea. Ideo spōsa præuenit in maturitate, & dicit. Veniat dilectus meus in ortum suum, ut comedat fructum pomorum suorum. Veni in ortum meum soror mea sponsa. Vehemens amator est dominus Iesus, ad unam imitationis uocem, ad uoluntatem in ortum spōsæ. Quasi præuolat & præuenit in maturitate. Veni, inquit, accipiat hoc uerbū imperari sensus, & apte coherere quod dicit, ueni. Non est piger, non parcus retributor, sed incōtinenter sponsam reuincat. Veni in ortum meum soror mea sponsa. Mellis myrrhā meā cum aromatis meis. Durus est affectus qui non permouetur per inuentiones & remuneratiōes istas tā dulces. Quid hac uicissitudine gratius, quid mirabilius est hoc commercior? O admirabile commercium. Dilectus dei patris, gloria cæli, angelorum delicia, ad ortulos nostros inuitari se permittit, & ad suos reuincat non præmittit. Et qui nosset est ortus, uerius dicitur ipsius. Non enim ait ueniat dilectus meus in ortum meum, sed in ortum suum. Iure uidens in suum, quoniam ab ipso datum, & ipsi debitum, & certe deditum. Veniat dilectus. Veni soror mea spōsa. Magna dulcedo, & apta distinctio. Illa desiderat, & ille ipe rat. Hæc dicit ueniat, hic dicit ueni. Ego (inquit) sto ad ostiū & pulso si quis aperuerit mihi, introibo & conabo cum illo, & ipse mecum. Non habes necesse, o bone Iesu, morari ad ostiū sponse. Ipsa enim te uocis ultro interpellat. Redde uicē, reuincat illam. Sedisti ad mensam eius, uide quanta sint apposita tibi, scies quæ & tanta oportet te preparare. Tāta inquit, & sufficit ei. Hoc autē dico, totā se impedit, tū te totū repēde. Quō totū erit, si illa se totā dat, tu te dimittas: Exiguū tuū, plū est toto illius. Totum eius, portio est quædā gratia tuæ: ideo & tuus est, & tuus suus est ortus. E Veni in ortum meum. Ego, fratres, in ortu sponse copiosum illum & delicatum & gloriosum cōstitutum paradisi uirtutum Christi libenter accipio, quas secundū geminā naturā, uel ab æterno habuit, uel accepit in tempore. Ergo in hunc modum ortu sponse statū animæ uel ecclesie interpretare, & uirtutū affectuūque dotes quibus dotat a sponso. In isto cōsideram bona corporis, in illo captus. Pulchra utrobique cōtemplationis cibus. Sed quid illa ad uirtutes. Quāto gloria Xpi, uel aie uel ecclesie præcellit uirtutes, tāto delectabilior in hūc ortum

ingressus. Ad illū operatio plus spectat, ad illū contemplatio sola. Sponsa, & si latetur de illo, laborat cum illo, & in sudore uultus uescitur pomis suis. In istum cū intro ducta fuerit, nihil reliquū est nisi delicia tantū. Sum tuetur, & istū inuenerit. Nec inuenerit in istū nisi de illo, hoc est de actione ad usum speculationem. Aut si cōtemplationem in illū sponse ortum admittimus, similis est actioni. Vtque de illis ortis, ordine commodo ueniat ad hæc myrrhā. Non enim nisi in abundantia uirtutū ingreditur in ortum dilecti. Ingressus (inquit Iob) in abundantia sepulchri. Job. 5. Mellis tamen hic sonat in ortum. In sepulchro immittit quies & quædā a curis occultatio, in orto exprimitur intuitus & epulatio. In sepulchro feriamur, in orto fruimur. Sicut ergo in sepulchro non nisi in abundantia ingredimur (sicut scriptū est) multo minus in ortu. Ideo sponsam de orto in ortum inuicatur. Veni in ortum meum soror mea sponsa. Ingressus, ingredere spōsa in cōtemplatione uirtutū dilecti tui, ingredere in delectationes eius, memorare uirtutis eius solius. Ibi deus tuus docet te in succum ditate, & deducet te mirabiliter dextra sua. Cibabit te pomis uirtutis, & intellectu. Myrrhā & aromata mellei tibi. F Mellis sui (inquit) myrrham meā, cum aromatis meis. Immortalitate enim & incorruptibilitate mellei post mortem. Myrrhæ siquidē beneficiū corpora mortuorum perdurant illa. Myrrhā (inquit) meā. Bene suā, quam & primus accepit, & solus impavit. Primitia enim Christi, deinde qui sunt Christi. Per illū resurrexerit mortuorum, qui primus resurgens tam non moritur. Bona talis myrrhā, & melior quam hæc uirtuta que carnē mortuā nō sinit putrefcere. Nam ista rediuita non sinit desicere. Erat & myrrhā eius præcellens, & singularis illa castitas uirginalis, que nullū titillationis motū surgentem sensit, nec fomitem habuit: in quo nec motus est talis repressus, nec fomes remissus, præuentus est enim in uirtutibus myrrhæ, & myrrhæ suæ. Alio rum eatenus est efficacax myrrhā, & cōtinencia pertingit ut seruet ad corruptionem: hæc ad corruptibilitate carnem domica custodit intactā. Alio rum myrrhā corruptionem carnalis incētū subsequit, hæc incētū præuenit omne. Illo rum excludit, & huius præcludit. In Iesu nec causa nec corruptio, in eius matre est causa, non tū corruptio. In aliis oibus & causa & corruptio. Myrrhā nostra uotū exurgentes carnalis cōcupiscentie reprimunt. Myrrhā Mariæ tales motus neciuit: myrrhā Iesu taliter mouendi nec causam nec originem habuit. De plenitudine eius omnes accepimus, & myrrhā de myrrhā. Myrrhā nostræ castitatis, uirtutis & iustitiæ ipsi? est ideo cū in nobis myrrhā metit, utinā ipse multā myrrhā inueniat quā metat. Myrrhā cū aromatis, id est abstinentiā mali cū affectibus boni, distinctiōnem carnalis, & deuotionem cordis, siue temperantiā a licitis, ac tolerantiam in iniurijs accipiam? In myrrhā bene utriusque uirtutū aromata locant. Hæc est enim gratia si bene affectes flagellamur, si ipsi nosmetipsos foris affligentes, eo spiritu suauiter intus afficimur. G Multam de martyris Laurentij (cuius festa nunc agimus) agro myrrham demessit, aromata multa, confectionis myrrhā, confectionis aromata. Ad ignem enim applicatus Christum cōfessus est, corpus suū tradidit ita ut arderet, facultates disperdit pauperibus, caro eius cremata est propter Christum, sed cor magis in Christum deo de craticula uocatur ad ortum. Et dum in craticula erat, ab orto non aberat. Nūc tūtu in orto, nō tamen totus in eo. Caro eius adhuc in corruptio ne tenetur, non dū restoruit. Restoruit autē cū fuerit corpus humilitatis nostre conformē corpori claritatis Iesu. Tunc metet immortalitatis myrrhā, quā ipse simeffuit, & aromata multimodæ gloriæ. Tūc uerē inuitabit, & dicit, Veni in ortum meum soror mea sponsa. Tunc gloriabif plenam cum aromatis suis se myrrhā mellei fuisse. Tūc enim & palsonis suæ, & precū (que in aromatis signant) portetur effectū. Cum clamore siquidē ualido, & lachrymis preces offerens exauditus est pro sua reuerentia, factus omnibus obteperatibus sibi causa salutis æternæ. Volo (inquit) ut Ioan. 12. ubi ego

Cant. 5.

Cant. 5.

2. Co. 5.

Cant. 2.

Pro. 25.

Mar. 11.

Cant. 5.

ubi ego sum, illic sit & minister meus. Vbi nisi in ortu? Erat hoc in generalis resurrectionis cōplatione: in istomius tū & modū sit per cōplatione. Quasi enim in ortum eius ingredimur, cū affectuose, cōdignē, & desideranter speculamur, quales futuri sumus per ipsum, & qualis tam respurgatus est ipse pro nobis, & in cōplatione nobis. Quid dico respurgatus? ante resurrectionem ois cōuerfatio eius ortu pulcherrimū gratiā præfert: sed quod ante plantauit, postea mellei. In resurrectione maturitatis, & melsionis est tepus, quā uniuersis laborū suorū fructus percipiet. Ergo nos in ortum suū uocat, quod myrrhā & aromata sua se mellei subnectit, ad cōtemplandam resurrectionis gloriam hortat, que futura est per ipsum in nobis, uel que in ipso percipiet pro nobis. Nōne iucundus & uerē delectabilis pgressus intro in ortū Christi, intro in platiōes dñi quodam pfectu de uirtute in uirtute? Profectu inquit, non audeo proferre dicere. Nam ad uirtutū ipsius ueritate & plenitudine quis sibi prouocet pollicetur? In cūcudis digressus planē, & cōmodus quidē. Nusquā magis humane mentis factus reprimunt humilitate, nec fames cōtemplatione fatia, nec fastidium excitat emulatio. Cōparatio humilitat, imitatio exerceat, consideratio delectat. Prima premit, Secunda prouocat: Tertia pacit. Premit immensitas, prouocat honestas, pacit ueritas. H Dentque paulo post ipse dilectus, ipse sponfus amicos & charissimos sibi inuitat ut comedat, & bibant & inebrientur, quod que maior illis inuicem auditas, de suo prius blanditur, & proponit conuoluto. Comedi fauū cum melle meo. Tuum Iesu bone utriusque est, & illud mel quod das, & illud quod es. Sed hoc in loco mel illud quod es ipse, nix intelligentiæ se promptus offert. Cur non dicit fauū tuū, sicut & mel tuū? Cur hac distinctiōne nix ueris? Et fauū tuus est sicut & mel tuū, quāuis manifestē illud exprimas, cum istud files. Tua est utraq natura, sed diuina tua, & quasi naturaliter tua humana non est quasi naturaliter tua, sed magis assumpta, & dignatione tibi effusa est naturalis. Comedi fauū cū melle meo. Ante sacre conceptum uirginis quasi mel solū erat, & sine fauo nondum incarnata diuinitas. Postea mel in fauo, deus in homo, nūc autē fauus in melle, homo deitate uescitur. Et si cognouimus? Xpm in carnem, sed iam non cognouimus, ait Ap. Sicut erat deus reconditus in carne, sic nunc uice uerā ipsa caro est occultata in deo. Et si glorificata est caro illa, ut iam spiritus tualis sit, & infirmitatis nil habens, tū est occultata quodā modo, dum magis cum in eo ipse est deus, arēdimus & adoramus. Quodammodo carnis fauus deitatis in melle reconditur, dum admirationē nostram, & fidē ad se trahit: & integro manifestate reuerentia melleitatis. Iam ergo post resurrectionis gloriam Xps comedit fauū cum melle suo, & sine carnalis infirmitatis iniuria i assumptæ carnis substatia, delectatiōe diuina & sibi soli natura perfuitur. Comedi fauū cum melle meo. Bibi unum meum cum lacte meo. Iā dicit tuū esse utriusque, tam lac quā unū. Tū sunt enim utriusque iura nature, utriusque propria nō alteri? ut ita. Et sicut bibit unū nouum, ita & lac nouū. Cum lacte (inquit) meo, id est cū lacte nouitatis tuæ, nō infirmitatis nostre. I Curte sponsa, pperat ad tam dulce conuultū, ubi unū est sponfi, ubi lac, ubi fauus non inanis, non uacuum, sed melle plenus. Mel inuenisti, comede quod sufficit. Nam tu ad totū non sufficis. Ipse autē Iesus nō comedit ad mensurā, sed totū comedit, qui sufficit ad totū. Tibi dicit: Ne sis scrutator melleitatis, ut nō opprimaris a gloria. Ipe scrutatur oia: etiam profunda dei. Nemo nouit patre nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Ipse totū comedit, ipse cui uult & quantum uult, impertit. Quasi participium tibi pollicetur huius cibi se refectum gloriādo. Si datū fuerit in escam tuam sel, & aceto in siti fueris potatus, memento quā talia passus est Iesus. Gustauit illa in cruce, non bibit: uelocē amaritudinis transiit signans. Bibit autē unū cū lacte suo. Non turbat amplius ad monumentū cū Lazaro, non tristatur usque ad mortem, non sub ipsa morte acceto &

felle potatur. Vtetera trāserunt, noua successerunt. Turbatio illa, tristitia, te diu, dispensatorie ad horā suscepta de hoie uereri, in lactis dulcedine non uia demigrasti. Bonum unum quo hausto oblitus non tradidit priores angustia, & non ascendit super cor, sed nouis, & puris, & lactis in carne iam refuscitata potatur affectibus, quā nulla iam de relicto iniuria, molestia nulla, aut i anima, aut in carne si cut prius, uel assumitur uel sustinetur. Vel acerrimū cum felle miltum quod degustauit, præhibens non bibens, in uis & lactis transiit laporem. Hanc & tu fidelis aia que spōse dignitate perfugeris, hæc inquit, & tu tibi cōmutatio, nem futura confide. Ideo hæc in se futura prædicat, ut tibi tu similla discas sperare. tecū enim cōiurari uult, tecum bibere. Nō bibam (inquit) de hoc genimine uitis, donec Mat. 26. bibam illud nouum in regno meo. Hoc tibi regnū significat, cum ad ortū te uocat, ad ortum deliciarum, ad paradisi uoluptatis, ad fructus maturos, ad fructus iam per se, & a te percipiendos. Tūc bibes unum cum lacte, ut oblitus caris prioris angustia, & nouæ resurrectionis degustes dulcedinem. Præstante domino nostro, qui uiuū & regnat in secula seculorum, Amen.

Sermo X L I. A

Mellis myrrhā meā cum aromatis meis, come Gala. 5. di fauū cum melle meo, bibi unū meum cū lacte meo. Veni in ortum meum soror mea spōsa. Ibidem. Putate fratres uocationem hæc ad seculi finem referri, quā cōpletis oib? sacramentis ecclesie ipsa iūrat ad regnū, quā mittet dñs mellores angelos, eō quod regiōes albe tūc erūt ad messem. O felicitas tēpora primitiæ ecclesie, quā ubi tūc erat ager illi, quā copiosos pducebat fructus, quāta in martyribus erat fecunditas myrrhæ, quot apes perfectioris & mystice doctrinæ fauos operantes. Putares inter ipsa initia fidel, cum uerbi semina mitte rentur, melsionis iam esse tepus, & quasi maturas ad falcē regiones abere. Quid moraris Iesu bone, cur sponfam nō inuistas in ortū? Nōne iam dicere potes: quia mellis myrrham meā cum aromatis meis? Comedi fauū cum melle meo: bibi unū meum cum lacte meo? Vbi nunc martyres in myrrhā, ubi doctores in fauo, ubi feruentes in spiritu, qui signantur i uino, & simplices in malo, quos lactis dulcedo figurat? An nō ager ecclesie tue iam tāta gloria nō datus uidet? Multiplicasti gentē, sed non magnificasti lactitiam. Multi credentiu fructus, sed aromata pauca. Preceffit autinialis ubertas primis illis nascētis ecclesie diebus, nūc hyemalis horror perurgit. Precefferit ubertatis anni, nunc sterilitatis incumbunt. Post spicas florentes & lactas, steriles & uerdine confectæ exurgunt. Cur non dicitis iam bone Iesu: Veni in ortū meum soror mea sponsa? Quid expectas? cur moras necitas? An ut post hanc hyemē autūnus redeat? Letabuntur adhuc coram te, sicut letatur in messe. Tunc benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & capiti tui ubertate replebuntur. Pinguent speciosa huius nostri (quod nunc uiderur) deserti, & persecutionis feruor nouissimæ maturitatis canam albedinē melsibus nostris inducet. Multiplicabuntur in senectū sufficientes, non confecti, nō sterili, sed in senectū uberi: & bene patietes erūt ut annuntient. Patietes propter martyriū, annuntiantes propter uerbu. In patientibus myrrhā metes, in annuntiantibus comedes fauū. Tunc electos tuos compungentibus uino potabis, consolatiōnis lacte misto. Si enim non abbreuiasset dñs dies istos, salua esse non posset ois caro. Metit etiam nunc dñs, etsi non quāntū tūc myrrhā, tamē multā myrrhā afflictionis spōraneæ. Fauū comedit cum melle, & expressa spirituum dulcedine sensuū, cōtinens si guris nos facit oblectari. Vmū cum lacte bibit, quia sublimis sensus & excedentes contemplationes fidel, & morū simplicitate temperat & indulcat. Zeli feruor diligit, si tamen affert lactea quædam fomenta paruulorum. B Cū fuerint expressa hæc omnia, cum pertrāserint tēpora martyriū, cū doctores quasi quidā faui sapientiæ cōtinentes in mysterio absconditam ministeriū cōpluerint

Esaie. 2.

Esaie. 9.

Pia. 64.

Pal. 91.

uerfa uice ego uigilo, cor meū dormit, dormit spiritus, caro uigilat. cū caro dormit, non tū statim spiritus uigilat. Indulget animo requies, nōdū tū ab illa gloriosa ebrietas forberet & raptur. Dormit tēmetis, nōdū tamē excitatur illis inebriantibus blādmētis: & quāuis frequenter gustentur, rediūsa tū nouitate animā quam inebriat, excitant. B. Ite uigiles dicitur, qui nunquā unū illud inebriat dīgerūt, q̄ semp̄ madēt eternae delectationis ubertate. Tales in Daniels libro uigiles legis. Bene uigiles, in quibus nihil est q̄ soporatiōe indigeat, sed totum inuigilat deo. Bene uigiles, quorum nō interpollātur uigiliae. Nullus in eis animalis effectus sentit quē deceat cōsopiri, ut expeditores sint cordis uigiliae. Sunt quaedā uigiliae sollicitudinū repletæ molestia, de quibus Petrus. Sobrii estote, & uigilate: quia aduersarius uester diabolus tāquā leo rugiens circuit querens quē deuoret. Et Paulus inquit: Vigilate, & state in fide. Sed illae uigiliae nihilominus sollicitudine non carent, quibus ecclesiae uexantur doctores, sicut euāgelicū illi pastores uigilantes & custodientes uigilias noctis super gregem suum. Vigilate istae quaedā tunc querunt molestia ob imminents mali cautela. Vigiliae spondae dormitenti non continēt mali cautionē, sed copiam boni. Praeoccupat enim mētē uehementis amor audita tē inexplēt uigilias inducit. Vigiliae quaedā sunt, uel de fieri optate praesentia, uel delectatio inceptae. Vigiliae bonae, uigens & non somnolenta deuotio, siue in copia dilecti praesentis, siue in concupiscentia absentis. Haec nec uigilat nec uiget, nisi in quiete & quantū ad seculū uel studia uel delecta consopita mente. Ideo dicit: Ego dormio, & cor meum uigilat. Et in Iob legitur, q̄ in uisione nocturna cum sopor irruit super homines, & dormiunt in lecto, tunc aperit deus aures, tūc loquitur, tunc pulsatur, ideo hic Cant. 5. sequitur: C. Vox dilecti pulsantis. Aperi mihi. Iure uigilat nesciens qua hora uenit dilectus eius. Quasi contineat uigilare spondae & uox dilecti. Cor (inquit) meū uigilat, & statim addeat: Vox dilecti pulsantis. Aperi mihi. Cor meum uigilat, & dilectus meus non dormit. Vox eius pulsatur, & dicit: Aperi mihi. Cor meū uigilat, & ipse statim aduolat, & audit uox eius. Vox (inquit) dilecti. Haec mihi uox nota est, haec mihi grata, ad alias obliuiscite uoces, ad hanc expergefacta sum statim cum insonuit in auribus meis, exultauit praegaudio, multae uoces obstreperere solent, & falsas insularare blanditias, sed non sicut uox dilecti. Migna fratres prudentia spondae, & discretionē spiritui pollens, quae scit distinguere nouit inter uersutias demonum, & blanditias ueras dilecti. Vox (inquit) dilecti pulsantis. Quae talis uox qualis Iesus. Nam quid philo sophorum: Na, quid hereticorum: Nū legis: Num propheta rum: Valida uox eius est, statim fecit huius mundi sapientiam. Lex & prophetae neminē ad p̄fectū adduxerūt, uox Iesu cōsummatiōis summā completitur, uox eius cōsummatiōis p̄cepta cōstmet, uox eius mouet affectus. Vox (inquit) pulsantis. Pulsat enim & penetrat, efficacē instar accipitis gladii, leniter illatur, & blādē persuadet, q̄ nulla potuit alta doctrina obtinere. Non altus sermo, sed alta mysteria. Humilitatem conscientiae, morum contemperantiam, obtemperantia obedientiae, carnis munditiā, cōtempniam mundi, cōcupiscentiā aeternitatis diuinitatis notitiā, quae unquā disputatio, quae districtio tātam aut sermone tradidit, aut inspirādo persuasit. Resurgēdi gratiā, ipsa sibilitate resurgentiū, aeternitate uitae, maiestatis reuelatio

Psal. 75. nem hac docente spirare didicimus & suspirare. Notus in Iudaea deus, in Israel magnū nomen eius. Nūquid tantū Nūquid tam expressum: Nūquid tam impressum: Nūquid tam sparsum: In Israel magnū nomen eius, sed nō ea tenuis magnū uel uentis doctrina, uel uehementi deo

Hebr. 1. tione, uel numerosa populositate creditū. Olim loquēs deus patribus in prophetis, nouissimē diebus istis locutus est nobis in filio. Ideo uox ualida, uox uirtutis, uox dilecti. D. Sed Iudeorum cōuallescere nequirit in auribus: audiuit Gentilitas, & confessa est, & non negauit, di

uens Vox dilecti pulsantis. Vtrumq; agnosco esse dilecti: uocem & pulsantem, uerbum & uirtutem. Vtrumq; mihi gratū dilectus meus, utroq; me demulcet & mouet, uox & pulsatur, & (ut sic dicam) cantico & psalmo. Bene pulsatur & quae si tympanizat, qui uerbi & operis concordem mouet symphoniam. Tympanum puta Iesum, accede, tange, dicitur, pulsa mores, opera, uerba, uitam. Omnes meae cordae ex tēta & sonore sunt, tacta melodīa dulcē resulat. Iesus ipse pulsatur seipsum. Nemo (inquit) tollit aiam meā, sed ego pono eam, & iterū sumō eā. Potestatem habeo ponēdi eā, & potestatem habeo iterum sumēdi eam. Vide quid tibi sonet ista positio, sumptio, & utriusq; potestas, quid ipsa pulsandi causa. Nōmē & ipsa maximē ad cor nostrum pulsatur & excitat, ut nos uelut cithara quaedam efficiat, sic sonāti cōsonare nitamur. Vox dilecti pulsantis. Bene dilecti (inquit) quasi ex dilectione sola & gratia loquentis & pulsantis. Aperi mihi, quia caput meum plenum rore, & cincinni mei guttis noctium. Refrigescet in Iudaea charitas, tā trās migratio fit iuxta scripturā ad gentes. Illi missum est uerbum salutis, sed repulit illud, indignam se iudicans aeternae uitae. Exclusus sum ab ea, tu aperi mihi: quia caput meū plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Caput Xpi deo. De deo patre gloriantur Iudaei, Iesus se factū habere notitiam, filium reprobat & blasphemāt, tu aperi mihi. Caput meum plenum est rore. Non tales desiderat, non fitit, sed magis saltidū, ideo plenum est. Plenum est rore, eodē sensu leues sint, rationis carentes pōdere, non habentes aliquod in assertionē momentum. Ratione leues, oblatione graues, quasi ros & guttae inefficaces & pertinaees. Et cincinni mei guttis noctium, quae gelida sunt & tenebrosa. Nam est quidā ros qui noctis nō est. Ros tuus (ait Elias deo) ros lucis, & cincinni mei guttis noctium. Figuris adhaerent, scētēs literaturā, nesciētēs sensum spūalem. De uis scientia dei, de figurā legis oblatione Iudaei gloriantur, mysterium inuicē trinitatis, & praefigurationis ueritatem, de superfluis & emortuis signis se iactant. Molesti sunt mihi, discipulos meos premunt, qui sunt uelut quodam capitis mei ornamentum & decus, ideo fugio, aperi mihi. E. Quidam haeretici Christi diuinitate ad quā nec fide uolūt, nec ratione possunt attingere, conatur extinguerē. Subtilia, consona literarum testimonio, & quae diuinitatur autoritate, quasi quosdam cincinnos capitis (nō coherentis) disputationum suarum argutijs, & uelut quibusdam rotis instat inuolutis) inuicent, & corrūpunt, opprimunt. Hi quoque notitiam dei praesument, & spiritualiū subtilitatem sentiūt, quasi in ipso dei capite & capitis superbe locatis, rori conferunt, & guttis noctium: ut intelligas eos minatos, gelidos fluidos, & non coherentes sibi. Sed & si quidē uideris eos sanā quasi caput ipsum tenere fidem, superficialitatem cōmunicare, subtili uigere sensu: gelida tamen est propter malā conscientiam, & propter hypocritam obscurā, & propter nelocum transitū fluida. Gaudium enim hypocrite instat p̄cti. Hunc talē Iesus foris esse iudicat opprimētē, & quasi grauem sibi refugit. Huiusmodi non tam ambulat, quā uolitant in magnis & mirabilibus super se, superba elatione pendulo uagi in aere. Ambitiosa quidē negotiatione perambulant in tenebris de religione lucrū uenates, spirituales simulacra habere doctrinam, studium instar rotis eloquium, incerta & occulta, & q̄si nocturna nosse mysteria sapientiae dei sanctitatis tenere caput & culmen, & in ipso Christi haerere uertice, emmēdi magis quā intrādi studiū gerūt. Istos moleste ferēs & fugitās Iesus dicit: Aperi mihi soror mea, quae intus es, quae non uagaris foris, quae non in subtilibus uolitas, quae nō uis tam emnere foris quā intus te tenere, aperi mihi. Aperi mihi: nō queris nisi me: tora es mea. Torā mea, & multiplici iure mea. Quare multipliciter. Audi quā multipliciter. Soror mea, proxima mea, columba mea, immaculata mea. Soror mea in assumpta carne cognata. Proxima mea, q̄ de latere eū in cruce dormitet, de se dō Adā Eua noua eū creata, ut nō iam sint duo, sed una caro. Ibi est

Ibi est cognitatio naturalis, hic & cōsumptio personalis. Ibi soror, hic sponsa. Columba mea, sed spiritus per gratiam. Immaculata mea, per remissionem & disciplinam. In carne soror, in sacramento ipsa. In spiritu simplex, in maculata in sanctitate. In his omnibus mea, aperi mihi. Age qd agis, aperi mihi. Tibi inquit sum sed aperi mihi illis in quibus adhuc foris commoror. Aperi illis, inuita, introduce in locū tabernaculi admirabilis. Pulsa ut aperiat tibi ostiū magnam & euidens (sicut Paulus dicit) ut pateat introitus per uisionem tuis ad effectū eorū. Penetra ad illos, ut ad te post introduceas. Exi ad illos, ut intrent ad te qui foris congelato frigescunt affectu. Fixtus tui damna, aliorū introduktionē redime. Quid dicitur: F. Exui me tunica mea, quomodo inquit illa: Quid dicitur: Laui pedes meos, quomodo inquit illos: Exuisti te tunica tua, tunica carnalis cura, tunica cere molestia, & fore polluta. Tunica tua te exuisti, mea induere. Zelus domus meae comedit te, ideo iuxta Esaiam induere pallio zeli. Intra, argue, praedica, obsecra, opportune, importune. Nō est pedes poluere hac incedere uia. Si quis adhuc sit pulvis, excuties illum de pedibus tuis. Non pollutos tibi pulchros commendat Esaias pedes, cum dicit: Quam pulchri super montes pedes annunciantium pacem, annunciantium bona. Ne cuncteris, operum meorum exempla te moueat, tangat manus, si pigritaris ad uerbum. Zelores ego sum, tu quoque pro me zelare. Ocum lepore paululum, meis implere neque gocijs. Omnis militans deo, istis cum inbutur, se implicet oportet negocijs. Cum dices essem, pro omnibus pauper factus sum. Aequalis deo exinauit me ipsum, ministrandi forma accipiens. Pro omnibus mortuus sum, ut qui uiuisti, iam sibi non uiuam sed mihi. Attentis talibus in dilecto Cant. 5. sponsa, & his nota exemplis ad emulandum, sic ait: Dilectus meus misit manum suam per foram, & ad tactum eius inremit ueter meae. Per arcum paupertatis, persecutio nis & mortis foramen, operum suorum ad me intromisit exempla. Haec me tangunt, haec me mouent. Nota tremorū dem. rem uentris, audi denique motus effectum. Sequitur enim. Surrexit ut aperirem dilecto meo. Audite & intelligite qui praepropere latet & praepropere nimitis, ad ecclesiae proprietatis honores. Sponsa enim ad quem cantici huius blandimenta cantantur, morose cunctanter, accedit etiam post quā se forem, proxima, columba, immaculatam audiuit uocari. Contemplantur si haec in te sint. Et si sint, uerere ne perdas. Si non sunt, magis uerere ne accipias. At tendit post quod & inuitatōes & commendationes, sic dicit. Surrexit ut aperirem dilecto meo, & tibi unum sit surgere antequam uoceris, qui delectationis illius sanctae pānem manducas, & bibis unum, de quo supra dicitur. Commēdit amīcū meū & bibite & inebriamini charissimī. Vanum imo uerendum sit tibi nisi cum inuitata sis surgere, cum dormis somnum dulcem donec dilectus aperiat. Aperi mihi, non ambitiosis non avaritijs, non inqueritūdis nō elationis uox moueat animū, nō demulcet blādīmēto fallacē, sicut tibi ignote sint uoces, nō tibi istae op̄ bonum suadent, si tamen ante dilecti tui uocem assurgere: qui uis uis & regnat &c.

Sermo XLIII. A. Vperiore sermōe hūc locū ita discussimus, ut dicere uis Iesum ipse suae imploratae solacia aduersus molestias eorū, qui fidei nostrae symceritate humane & perinde doctrinae corruptelate tunc insinere, & subtiliū persuasione inmaculatae rore nocturno, quae princeps tenebrarū, princeps aeris huius later & leniter instillat. Nam & alio scripturae loco querit quae inuaduerunt sup caput suū. Hec ergo inductus est ad nobis dīs Iesus molestias fugiēs, hodie inducet gaudia ferēs. Hec inductus est solacia implorans, hodie lectū solacia portans. Hec plenus inuitis, hodie gratijs, illa in terptatio raras respicit: ista refert ad plures. Non omnes ad praedicationis op̄ uel idonee sunt, uel delegate, nō em corruptelas dēci repellere uel sufficere uel huiusmodi

praesentantur. Non possunt omnes esse matres & spondae omnes possunt sorores & ipse. Nō oēs possunt partē suae, finire inuitā, omnes debent amplexus gratiae. Fuerat sim besterna interpretatione rotis illi nocturni liquor molestus, hodie uis iste sit gratias, ubi loquitur Iesus quereas deponens, hic loquitur blanditias suggerēs. Ibi fugit in festos, hic solam ad ipsam festinat. Aperi mihi soror mea, proxima mea. Disciplinam hic attēde custodias ubi sancta passim non pater. Quis illuc intrabit ad arbitrium, ubi Iesus sine interpellatione non intrat, nec nisi cū fuerit audita & nota uox eius: O me felice si de mea dicit anima queat porta haec clausa est, & per eam nec furtim nec fortuito in disciplinatus affectus immittitur, soli principi patet: si ponam ori meo custodiam, ut soli principi pateat, cum assit, sit ad illud. Aperi mihi portam iustitiae & ingressus in eā cōiuiabor tecum, comedam in ea & bibā & inebriabor. Deniq; & ego inebriabo te guttis meis. Non accedo sterilis, sed madens suauiter illabete rore gratiarum. Aperi mihi, intus iam tibi sum nunc, sed aperi mihi ut amplius intrem. Aperi mihi, iam quasi in uocem accedo: & ceteri rotas affectu. Vt ros tibi fluat eloquium meum, cū detatis meae tibi instillabo arcana. Caput meum eū abundat, & cōtemplatio diuinae in menatare, subtiles & fecundos parturit sensus. Quid dicitur humanitatis mysteria solum moraris: Quid tandū solos ad pedes reficere: Surge scēde ad caput, illi aperi. Aperi mihi in hoc quia caput meum plenum est rore. Humanitas gratiam comparat, diuinitas cōfert, humanitas impetrat, diuinitas infindit amorem. Caput meum plenum est. Ipsum est ros, ipse illabitur animae, & eius medullas irrigat, Viget ad aliquod ingressum aperi mihi, ut pertingā ad intima, ut diuinitatis meae dulcis notitia inuadat, & in faciat totū quod est in interioribus tuis. Aperi mihi ut diuinitatis meae subtilis ros cordis tui teram in fundat, & inebriet eam. Et reuera se esse fratres. Vbi in materia maior est gloria, ibi in meditatiōe maior ē gratia. Quod plus habet excellentiae, plus sibi exigit reuerentia, plus refundit & gratiae. Quod quodam naturae suae merito praerogat, perceptio eius oblationis plus erogat. Plus omnibus placet, quod omnibus praestat. Singularem materiam peculiaris debetur cernendi modus. Non est humani fatis, non est enim moris humani. Quietē & per uigili donatur mentis: non tamen ad uocem, sed cum ipse uult & dicit, aperi mihi. Quid est dicere aperi mihi nisi quodam blandimento affectum illucere, nouere concupiscentiam: ut mens ex parte tacta tātae lucis choruscet, ad plenorem perceptionem se praestet purgatam: Sic lux quass oculo dicit, aperi mihi, quae ex modica perceptione ad maius participium sui, quādam auditatem praegenerat. Aperi mihi soror mea. Quid est Iesu bone quod rogas aperi mihi Tu ipse habes clauem Dauid. Aperi & nemo tibi claudit. Ap. Apoc. 3. partio tua, apertio est. Appare, & nemo tibi claudit. Cui ex minima parte maiestatis tuae cepit gloria scintillare, animam ad se subito conuertit & rapit. Nō sinit tibi claudī dū ipsa choruscet. Cor quod penetras aperi tibi. Aperi tu tenes, dum te subtrahis. Et forte utraq; necessaria est, & cognate sunt tibi apertio sponis, & apertio sponis. Apertio sponis, apertio est. Apertio sponis, apparetus eius & coaptatio ad tam dulces usus. Caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Caput plenum est: & eo madent qui adherent illi. Delectabilis dicitur in se, & delectabilis in sanctis suis, qui de ipso per gratiam oriuntur & ordinatione sua quasi quidam distincti cincinni p̄seuerant in eo. Pulchra utraq; contemplatio, uel essentiae eius, uel gratiarum quae procedunt de ea. Diuisiones enim gratiarum sunt, ac si quaedam distinctio cincinnorum. Inuillibilia enim ipsius quaedam praesere distinctionem uidentur, ad nostrae tamen capacitati mensuram. Nam distinctis signis & sermonibus aliud & aliud significare conantibus, quae in ipso sunt unum, quasi plura & uaria innotescunt nobis. Quaedam ad solam eius magistudinem respiciunt, unum hoc cincinnum, puta,

Roma. 1.

